



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. III. De Archivio, & Contractibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

r Reg. Proc.
Gen. 5. &
Proc. Coll. 15.
16.

tor Collegii in Tribunalibus compareat, nisi quando aliqua necessitas plurimum urgere Superiori videretur; sed per externos Procuratores nostra negotia in publicis judiciis peragantur. r

S E C T I O III.

De Archivio & Contractibus.

Archivium.

1. **P**Ræterea diligenti cura custodietur Archivium, ubi conservanda Instrumenta originalia, & Tituli, quibus constant jura Collegii; ejusque duæ claves diversæ erunt; quarum alteram Rector, alteram ipse habebit Procurator; s qui adnotabit in libro ibidem adservando, si quæ Scripturæ extrahantur. t

s R. Proc. 19.

t R. Proc. 22.

Contractus quomodo celebrandi à Superiore.

2. In celebrandis contractibus ne nimium Rector suæ prudentiæ fidat, & in perpetuis Consultores prius audiat. Quin in rebus majoris momenti ratificationem Præposito Generali reservet. u Quæ quidem reservatio eam vim habet; ut si contingerit contractus alienationum fieri Generalis confirmationi reservados, antequam ipse informetur; dominium nihilominus, & possessio bonorum, super quibus contractus hujusmodi initi fuerint, penes Soci-

u In. temp. pro
Rect. §. 8.

cietatem remaneat, donec Generalis in Europa, in Indiis verò is, cui Generalis commiserit, consensum præstiterint. * x Greg. XIII. Procurator verò nihil circa locationes, & similia alicujus momenti negotia faciat; nisi ipsi à Superiore commissum sit. y Advertendum autem juxta privilegia Societatis, per Superiores tantum, absque alio suffragio decisivo Collegialium, contractuum celebrationes fieri; z ut docet praxis tradita à P. Claudio: ubi etiam habetur modus informandi Generalem circa alienationes faciendas. * Exempla verò authentica contractuum majoris momenti ad Generalem mittenda sunt. b

3. Sed scripturas multiplicis generis potissimum Procurator apud se habebit: & propterea cubiculum ipsius clavi obsere- tur. c Habeat igitur 1. Distincta exempla Instrumentorum & Titulorum, quæ conservantur in Archivio. d 2. Librum, in quo distinctè descripta omnia bona stabilia, seu quasi stabilia, ut census, canones, loca montium, uno verbo jura omnia ad annuos redditus. e 3. Librum, in quo notata sint tempora colligendorum proventuum, summa contractuum ad breve tempus, & fructus in dies percepti. 4. Distinctum Libellum eleëmofynarum perceptarum.

* x Greg. XIII. P. 172.

y R. Proc. 13.

z P. 9. C. 3. §. 7.

& C. 1. D. 144.

& Pius V. pag.

107.

a C. 3 D. 28.

& Or. C. 20.

b C. 1. D. 103.

& R. Prov. 78.

& R. Proc. 21.

Scriptura & Libri apud Procuratorem.

c R. Proc. 22.

d R. Proc. 20.

& In. temp.

Proc. §. 1.

e R. Proc. 21.

& Instr. temp.

Proc. §. 1.

f R. Proc. 3. rum. *f* 5. Librum pro adnotandis, quæ
g Ex. c. 4. §. 4. unusquisque Novitiorum attulerit. *g* 6.
 & P. 1. c. 4. §. Librum in arca pecuniaria servandum, in
 6. & R. M. N. quo illatæ, & acceptæ pecuniæ summa
 25. & R. scribatur. *h* 7. Librum rationum accepti
 Proc. 7. & expensi per menses singulos, *i* 8. Co-
h R. Proc. 5. dicem, ubi nomina debitorum Collegii
i R. Proc. 6. & In. temp. Proc. descripta sint. *l* 9. Codicem, quo referan-
 §. 5. tur motæ lites, & quæ circa eas contin-
l Instr. temp. gunt. *m* 10. Libellum, in quem referat
 Proc. §. 5. quæcumque à Superiore ei mandata injun-
m R. Proc. 14. guntur. *n* Demum Catalogum Benefacto-
n R. Proc. 23. rum; ut erga eos grati esse possimus. *o*
o R. Proc. 24.

S E C T I O IV.

De accipienda reddendaque ratione
administrationis.

*Provincialis in
 Visitatione quid
 inquiret.*

p C. 7. D. 32. §. 1. **L**ibros verò Rationum seriò exami-
 8. & C. 8. D. net Provincialis; & si quidem Re-
 15. & R. Prov. ctor, & Procurator bene rem gesserint,
 79. & 84. & sua laude non careant; si secus, impunè
 Instr. temp. fictâ, vel etiam Generali admonito, ut ab
 pro Prov. ini- officio eos suspendat, vel amoveat. *p* Idem
 tio, & §. 15. Provincialis statum Collegii diligenter ex-
 aminet, & brevem ejus tam habitualis,
 quam actualis relationem ad Generalem
 mittet,